

34  
Q. B. V.  
GYNAECEVM ILLVSTRE,  
PVRIORI, LVTHERI AETATE, DOCTRINAE  
DEDITVM,  
APERIT, VNAQVE  
SVMME REVERENDVM ET MAGNIFICVM AN-  
TISTITEM,  
PROCERES, PATRONOS PATRESQVE  
VTRIVSQVE ORDINIS,  
ET QVOSVIS LITERARVM SCHOLAEQVE FAV-  
TORES,  
HONORE SVO AC MERITIS VENERABILES,  
OMNIQVE STVDIO COLENDOS,  
AD AVDIENDAS  
FVTVRO, HVIVS A.N.C.A. cl 15 cc xxxviii, TEMPORE,  
IVVENVM, QVI OPTIMAE NOTAE SVNT,  
INQVE STVDIIS ALIQVID LAVDE DIGNVM FA-  
CIVNT,  
ORATIONES MEMORITER RECITANDAS,  
VERECVNDE, AC PRECIBVS DECENTIBVS  
ADVNCTIS, INVITAT  
M. SAMVEL MOLLERV, G.P.R.

---

FREIBERG AE,  
Literis CHRISTOPHORI MATTHAEI.



**N**on viros tantum rerum bene gestarum gloria insignes, sed matronas etiam, vita honeste ac laudabiliter acta, memorabiles, publico esse praeconio cohonestandas, jure optimo gentes, ingenii cultioris, omnes iam olim decreverunt. Utinque enim honor virtuti suus constare debet ac dignitas: veluti autem sexus iste elegantior quasdam sibi, quasi proprias perpetuasque laudes, obtinet: ita si in aliis iisque honestissimis actionibus recte veretur, hæc etiam ejusdem decora non minus conspicenda & conuenienda sunt. Ipse, cuius auspiciis sacrarum literarum, tam prodiit, quam servata sunt oracula, sacrosanctus Spiritus, si non tor mulierum, quo virorum exempla nobis stitit, tamen & istarum subinde mentionem facere dignatus est, & quando fecit, varo mediocres istas, plerumque autem eximiias, vel virtutis, vel virtutibus suis videatur. Landamus in viris plerumque constantiam, fortitudinem, gravitatem, prudentiam, in mulieribus modestiam, castitatem, frugalitatem, in utrisque felicem omnis honesti mixturam, præcipue innocentiam, sanctitatem, sincerumque illud Deum pie casteque colendi studium. Quod vero si unquam, tunc præcipue cognitum atque perspectum est, quando, statibus superioribus, melior nostra, que oppressa jacebat, luci ac nitori suo restituenda religio, proque eadem omni contentione ac molitione nitendum erat. Prodigia in omnem memoriam, sancteque custodita virorum, quorum laudabili cura ista efficiebantur, sunt nomina, neque ulli tam ingrata erit posteritas, que ita oblivione obscurari patiuntur: sed & Heroinarum, que tempore isto, ubi spes quidem salutis evidentiis offerebatur, sed longe etiam majora, quibus ab eadem, terræ mentes, amovent possent, pericula objiciebantur, egregiam constantiam ac virtutem probarunt, opera pretium erit recordari. Veluti autem ipsa agendi fiducia, timore quodam objecto, interdum langvet, interdum vero melioribus signis ac certioribus argumentis erecta, altius affligit; ita & tunc res gesta est, cum, que summa recte dicuntur, conscientia libertas, non saltu offensa, sed & in medio, non tamen sine discrimine ac labore obtinenda, posita esset. Alii enim securi haerent, ac de-fides, alii, obstinati, arma obverterunt, ali, quasi in aincipiti causa, anxi, utrum hoc, quod maxime volebant, acciperent dubitaverent, ali iuntis animis, veritate convicti, nihilque porro ambigentes, uni se Deo permiserunt, stereruntque imperrirri. Fuerunt his animis affecti viri, fuerunt etiam mulieres: ac ipsis quidem honori merito vertitur, quod, more sibi debito, egerunt masculine, his vero, que natura sunt meticulosæ, venia equideum datur, si nonnunquam egerint timidius, plus vero laudis etiam tribuendum est, ubi ipsæ, ac quasi superata, in tantis contentiobus, vel partes ipsis essent, vel quoque superiores. Vix ita de Lutherio quicquam, nisi pia ejus voluntas, innoverat: qui vero, nondum protervum illum ac temerarium nundinatorem, Tezelium, aggressus, cum Dresda concessionatus esset, Barbaram Salanam, gynaecei principalem, monitis & exemplis rectissimis magistram, ita movit excitavitque, ut ipsa, Georgio Duce vel indignante, solatia, que inde accepisset, solidiora, multum & predicaret, & iisdem confusa, quasi in Ecclesiæ purioris primitiis, placidissime moreretur. Seckend. H. L. I. Sect. 8, §. 8. p. 23. Omnium princeps esse poterat Maria, Hungaria Regina, Caroli V. germana, eique plus, quam amore lororio conjuncta, si, qua primo obtinuerat, retinuisse bona, nec eam, quam feliciter induerat, mentem immurasset. Sacras ipsa, praeter morem aliarum, amabat literas, eaque auditis oratoribus sacris, non volebat modo ac revolvebat, sed etiam istas, si vel venationibus intenta esset, tamen ad manum habebat semper, pieratem inde suam confirmatura. Continuavit ea laudabile hoc institutum, cum Cæsar, in comitiis Augustanis, concio-

concionatoribus, edicto rigidiore, silentium imposuisset, imo & ipsum, ut ne a sacrificulis se, quod quidem marito Ludovico & que ac Ferdinando Fratri evenisset, circumveniri patetur, amice monuit. Quam ob causam ab nostrisibus ea mulier dicitur vere heroico spiritu, præcipua pietate & modestia, quæ flutdeat placare fratrem, sed timide illud ac verecunde facere cogatur. An vero pari simplicitate res ab ea deinde acta sit, quando Electorem ipsa, Johannem Fidericium, Belgis nunc præfecta, satis blande invitavit, dubitant quidam; quippe, & hic, aliquid subesse monstri supicatus, egit cunctantius, atque ista, causa meliore missa, ad mores antiquos rediisse, haud temere dicitur. Vid. T. V. Altenb. Lutheri, p. 805. Freibergæ, cum paucioribus hujus Doctoris divinioris opera & scripta immotuissent, ea tamen, cupidissime sibi comparata legerunt Hanna Draschvitia, Milia Olonizia, & Ursula Feilitchia, virgines & natalibus, & virtutum omnium splendore nobilissimæ; que quidem, ob factum hoc ex aula Principis, quasi ea essent indignæ familia, ejectæ sunt. Quoniam vero nullo suo merito & culpa, sed pietatis causa haec probra passæ erant, id, quod criminis vertebaratur, gloria illis fuit, nominibus his non perituriis unquam literarum monumentis merito conscriptis. Alia, meliora item doctæ, tenebrasque exosa suæ, ad eandem lucem, non sine periculo adspirarunt, qua etiam conspicta & accepta, id satis habuerunt, iniqua aliorum de se judicia nihil morata. Sic anno a nato Servatore 1523, ipsa resurrectionis dominicae vigilia, novem, imo duodecim virgines devote, coenobio, ad Grimman Nimpfchenſi, claris omnes nobilissimisque parentibus ortæ, in quibus Schenberga & Grossi maxime notantur, ut libera Deo fervirent, egressæ sunt. Non multo post e Sormicensi monasterio, una, eandem ob causam, Catharina a Witſcher, Hedwigis a Leutſch, Mechtildis & Hagne ab Heiniz, & Catharina Housbergia, itemque ex Peutwicensi, ad Weiffenfelsam, alia, alia ex Wiederstetenſi, ditionis Mansfeldiae, aliæque ex Cizenii, exiverunt. Vid. Langii Chronic. & Georgii Spalatini Annales. Quod, quasi disciplinae impatiences, hoc illæ fecissent, a nonnullis objectum est: sed quando suam & que ad aliorum causam fortiter adeo ac strenue egit Dux Monſterbergenſis, Ursula, simul cum Dorothea Tannebergia, Freibergensi, & Margaretha Volckmaria, Lipſiensi, ex monasterio, quod hic S. Maria Magdalena dicatum erat, ac Peccnitentiam nominabatur, bene clauso & custodito, non sine ratione egressa, pro omnibus ipsis ea satis accurate respondit, argumentisque maxime idoneis, recte ergastula ista ab singulis dirupta esse, evicit. Qualia ista essent, Seckendorfius illustris, in Comment. de Lutheran. L. H. Sect. 15. §. 42. p. 123. olim, & nuper modo, in Historia sacra Freibergensi, maxime reverendus Wilhelmius noster, tam accurate, tamque eleganter exposuerunt, ut satis omnia, hæc volentibus, patere possint. Fuit in numero seminarum tam piarum Olympia Fulvia Morata, Ferrariensis, forma muliere præstantior, ingenioque humano major, quæ etiam cum solum Christum pectore conceperisset, mundum penitus sprevit, quod ipsius Epitaphium, anno 1555. Heidelbergæ extincta, id memorante Adamo, in Vit. Philosop. p. 77, positum indicat, Ipsiā huc referre liceat Renaram, Ludovici XII. Regis Galliarum filiam, Herculisque, Duci Ferrariae uxorem, quæ cum omnibus fere linguis, ac eruditorum disciplinas conceperisset, animum cumpromis ad religionis capitâ primaria convertit, Lutherumque ita satis sibi fecisse tam candide professia est, ut etiam si Deo ita visum foret, pro doctrina ejus, qui nixa esset, veritate, se morituram, affirmaret. Fortius hæc dicta, quam facta esse Seckend. H. L. II. §. 42. p. 122. tradidit: meliora Buddeus aliquę statuunt. Plura vero, quam ista, Argula ausa est, prognata ex illustri, in Bavaria, Straußorum familia, nuptiis ac affinitate Grumbachis innexa, quæ, in Franconia olim præpotens, postea extincta est. Hæc cum primis lucem, temporibus ipsis coortam, venerata & amplexa, animo toleravit aquifimo, parentibus, sibi, ac marito, bona fuisse admira, quæ alii maximi faciunt: ac de his, quæ per Lutherum restituta essent, in sinu gavisa, nihil fecit reliqui, quod ad ista tuenda

ac retinenda facere posset. Hinc etiam libris, eum in finem scriptis editisque, innotuit; imo, si opus esset, & ipsa, in arenam descendens, argumentis utrinque collatis, pro causa meliore, disputando concerratura erat, hoc interferens, & Christum cum Maria Magdalena, cumque muliercula Samaritana, colloqui, & Hieronymum, ad feminas pias dare literas, non fuisse dignatus. Prodierunt autem illius primo Adhortationes Christianae ad Fridericum, Saxonie Electorem, quem, ut in confessione veritatis strenue & alacriter pergar, utque spem salutis, proprius admotam, apprehendat, nec furores adverfariorum, quorum, ad Lapidem Christum, frangendus esset impetus, moretur, rationibus in medium allatis, incitat. Hinc & ad Johannem Palatinum scripsit, eique egit gratias, quod mensa ipsius, cum quibusdam proceribus, Regimento adscriptis, esset adhibita, quemque, quod facram scripturam intentius legere coepisset, dignis ornata laudibus. Porro apud Duces Bavarios, ac Ingolstadienses, pro Arsatio Seehofero, male ab ipsi, proper religionem, habito, eoque, ut vana & irrita, qua ante scriperat, pronunciaret, terroribus illatis, compulso, deprecatur. Inde Adamum Doeringum, ducatum Neoburgici Locumtenentem, per literas allocuta est, tam pie, tam constanter, tamque confidenter, ut hanc ipsi fidem confirmaret, nunquam se mentem suam esse inimicaturam, nunquam ab religione, qua se Christo ad sacrum fanum baptismi fontem obligasset, discessuram, nunquam etiam passuram, ut in contrariam aliquando partem inclineatur. Non se Lutheri verbis, sed Dei O. M. oraculis nisi, ait: quare, si vel iste, ab ea, quam conceperat non temere, sententia, quod nec velit, nec metuat, amoveatur, se tamen, ne latum quidem inde ungvent esse discessuram. Ipsi autem tanto Chorago, quo nemo Germanice scripsisset melius, pro opera in vertendis Bibliis egregie praefixa, remunerationem Dei largissimam precatur. Vid. Seckend. H. L. L. I. §. 126, n. 7. L. II. §. 42. n. II. & Scholia, seu supplementa, n. LXXIV. Laude pari tollendæ Catharina Zellia, Anna Askera, Margaretha Northusia, Maria Heringia, Angela Hagenia, qua omnibus, tam virginibus, quam matronalibus ornamenti nobilissimæ, in assertanda æqua divina veritate, ac confutandis adversariis, multum valuerunt. Arnold. H. E. T. II. L. XVI. c. 5. Spangenb. Spec. Illust. L. XIII. c. 6. Multum in recessu habuit Elisabethæ, natæ Brandenburgicæ virtus, qua cum maritus ipsius, Ericus I. Brunsvicensis, antiquos, qui nimis inoleverant sibi mores mittere nollet, pacem his tamen, qui meliora statuebant & seqvebantur, eodem convivente, imperavit, ipsoque mortuo, per Antonium Corvinum, id, quod bene meditata erat, effectus liberius. Memorabilis præterea pietas est Catharina Schwarzburgica, & Barbara Mansfeldia, quæ exules, tot injurias in cauâ diviniore passos, invitabant, liberali hospitio exceperunt, opibus suis sustentabant, bene techos custodiverunt, ac, licet inde non contumeliaz modo, ac damna, sed & parentiorum inimicitia effent suscepserat, denum non contemnendo viatico instructos dimiserunt. Ibid. p. 423. Sed ad Triumviras, quas ita honoris gratia non nomen, accedere, ab his, licet: quodque istarum, præ ceteris, in Deo sic colendo ac observando, studia eluxerunt, tanti etiam exempli monumenta ab Historicis omnibus, penitus invenienda, fuerunt expofita. Sunt ista Isabella Danica, Elisabetha Brandenburgica, & Catharina Saxonica. Primo loco ISABELLAM allego, Christiani, vel Christieri II, Daniæ Regis, uxorem Philippi I. Austriaci, Hispaniarum Regis, filiam, fratrumque per quasvis orbis terrarum partes opibus armis potentissimorum, Caroli & Ferdinandi, foroem, pietate insignem, atque ob illud prope neglectam, Sulpesta iam istius marito, Christiano, Arcimboldi facta erat nundinatio, qui, cum in Danis ac Svecis, Maimburg rotontes in eunte, plus, quam decies centena florenorum millia, secundum autem Varillarium, viginti ducatorum millia, congeffisset, hanc ite pecuniam non repetit modo, sed quoque fibi vindicavit. Vid. Seckend. H. L. L. I. Sect. 57. §. 49. p. 265, & 268. ubi etiam de ipsa ejusdem pecunia summa iudicia conferuntur.

Animum

Animum igitur suum cum seni ille intendisset, doctrinæ melioris causa, Martinus quidam, Witteberga, ipso id volente ac jubente, anno 1522, Hafniam accusatus est, qui, in æde D. Nicolai, doctrinam saniorem, publice concionando, cunctibus tradidit, quam quidem regiam uia familiarium, jam tum, quantum per turbas ea tempestate ibi natas, fieri poterat, perceperisse, nullum est dubium. v.l.  
c. Ex his itaque initisi, fundamentisque bene tunc positisi, ea quoque Regina ipsius placidissime multum crevit fiducia, qua omnen deinde adversam ejus fortunam tantopere solata est, ut satis ea haberet, rebus epibusque omnibus perditis, verbum, ac bona inde parta, retinuisse. Altero enim post anno Christianus, exul, e regnis suis, cum uxore ac liberis, pulsus, XIII navium classe instrutus, confugit in Brabantiam: sed & hic necessario, quod speraverat, auxilio destitutus, ad Electorem Brandenburgicum id queriturus venit. Venit etiam Isabella, & hinc, salutato Friderico III, Electore Saxone, coequo sangvine proxime conjuncto, cum omniis utrinque humanitatis officia essent praefita, ipse Lutherus, Schweinitii & Wittebergæ tanto cum succeluum auditus est, ut simpli ci fide Rex profiteretur: nunquam se Evangelium sic perceperisse; ejus se fore perpetuo memorem, omniaque propter illud toleraturum: &, quando Christus pro se indigo eriam mortem crucis subiisse, se non invitum pallium quoque relictum, tunicam auferenti. Vid. Spalatini Annales. Ita vero ad omnes agnitos aque ac affines, in quibus aliquid spei esse poterat, itum est: & cum ple- rique meliorem his fortunam esse cuperent exilibus, nemo tamen, qui sollicitabatur, hanc aleam, ipsorum agendo causam, periculi plenissimam, experiri ausus est. Arque ea quando acta sunt, ipsa Isabella, plurimos Lutheri libros, ab Alberto, Borussorum Duce, sibi missos accepterat, ex quibus in dies magis confirmata, istam profiteri palam haud rediuit, qua clavis antea, & pectori suo reposita, crediderat. Quæ igitur cum Ferdinandus, Frater, rescivisset, tanto fervore excanduit, ut se malle diceret fororem suam mari submersam, quam cum Luthero Wittebergæ locutam esse. Seckend. H. L. I. Sect. 56. §. 147. p. 261. Nihilo feci: ea ad comitum Norimbergensia, spe erecta meliori, quo propius suis necessitudinibus frueretur, accepit, sed, mentibus sic abalienatis, eventus optatis minus respondit. Ipsa enim, quibus nata Parentibus, & cui nupta esset marito, secum reputans, non aliorum, sed suis legibus usura, in arce, more suo sacra fecit, sacramentoque ipso, ad Christi instituta, perfuncta est. Quod factum & tunc fratrem adeo offendit, ut coram ille, eam fororem esse suam le porius nolle, profiteretur. Ast hæc, qua erat constancia & pietate, respondebat: se eadem, qua ipse, parente, editam, meliore fortuna dignam videri, velle se tamen Dei adhærente verbo, eique uni, absque ullius hominis respectu. In aliis, qua fratri es- sent placita, paritaram; quod si autem se pro forore habere noller, id esse pa- suram. Vid. Aur. cit. p. 289. Hinc de sua pariter, ac mariti calamitate arque ærumnis, tam prudenter, & tam exquisite verba fecit apud Proceres, ut omnes ad causam ipsius conversti, fatis adeo sinistris illacrymarent. Haud mirum esse possit, si evenierint, quæ futura ex tñ conspirantibus malis conjici poterant. Tot enim insultibus honore ipsius atque animo petitis, & tantum non fractis, qui corpus durare poterat, quod affectum alias, nunc minus illis, qua simul infigebantur, plagi suffecitrum videbatur? Redibat Regina piissima Norimberga ad Belgas, inque ipso itinere morbo concepro, ad Grani aquas, ut isti sic medere- tur, divertit, cumque ex earum usu aliquid virium recuperasset, abiit. Venit sic ad Margaretham Austriacam, eamque Amitam, qua pro Carolo rute, Amitino in Belgis curabat, ut per eandem res adeo difficiles artasque suas sublevarerat. Sed spes in irritum cecidit, quod ista, qua id facere poterat, tam averia fuit ab Isabellæ, uconnis ejus, quæ per unum sanguinem facta erat, conjunctionis immemor, cuncta eidem denegaret. Deprecabatur hæc pro hominibus, religionis sua causa, Antwerpia, Bruxellis, Lovaniique, in dirum datis carcerem, & supplicio.

tam infami, quam exquisito, conficiendis: nihil vero ad literas ea istas responsi dedit: & cum, denuo sollicitata, respondisset, non sine comminatione id factum est, eoque cum imperio, ut his posthac rogationibus, si quidem Cefarem, cui ista effente molestissimæ, amicum sibi habere veller, supersederet. Quia vero dum facta sunt, prior ille recruduit morbus, eoque invaluit magis, quo Isabellæ ipsius tristior afflictiorque era conditio. Quod antea Aquæ istæ Granenses aliquid opis attulerant, eo iterum, recuperanda valerudinis causa, Regio piissima itura erat: veniamque ejus profectionis cum precibus rogasset omnibus, repulsa tulit, qua de causa alia, sed minus valentia morbo isti medicamenta opponebantur. Sic arte ista superior ille fuit, ipsaque Maronna Serenissima langore ac dolore perpetuo confecta, ad hæc, quæ futura esse videbantur, se præparavit diligenter, ac tota mente ad Deum solum conversa, his, quorum injuriis sic lafa & labefactata esset, ignovit liberaliter, ac alios, eosque in se meliores, curarum, & precum, pro Dei auxiliis & pace impetrandi, socios adscivit. Crevit his factis ipsi fiducia, quam sacro sancto, non alia, quam Christus ipse moriturus voluerat, ratione, sumto epulo, tanto erexit studiosius, quanto quidem adversus istos, qui instabant, ultimos insultus, paratus erat dimicandum. Mors enim, omnibus per naturam formidolosa & horribilis imminebat, sed ipsa antequam manus intentaret, viæta erat. Magis nunc autem pro fide ac religione pugnandum erat, cuius etiam pie servata tale nunc specimen editum est, quale omnibus esse posset exemplo. Submisserat in hoc periculo fuorum quosdam Margaretha, quos ad hoc, quod agendum erat, negotium idoneos fore, putabat, uti per eos Isabella, ad hunc, abs quo discesserat, coetum, adhibitis argumentis, reduceretur. Atque isti ut ne officio suo decessent, nunc minis, nunc adhortationibus, nunc persuasionibus adoriebantur ægrotam: quæ vero, cum ista prævidisset, obfirmato fortique animo insultus suscepit istos, ac tacendo magis, quam respondendo & disceptando, superior facta est. Non nihil isti se effecisse putabant, si morituræ, more suo, arrus inungerent, eamque, sic delibutam, faro suo permetterent: ipsa vero ad se nihil ista pertinere satis gnara, hæc, quæ declinare viribus suis haud poterat, nec volens, nec probans passa est. Nihilo tamen feci ista, ad nostros, si quid monerent, lubens converbi est: quos quidem audiuit, quibus respondit, ac fidem firmavit, se cum Christo, Servatore suo, perpetuo esse facturam. Cumque tandem lingue ulius deficeret, signis tameam animi religiosissimi sensa exposuit, atque sic, die XIX Januarii, a. 1525, eidem animam suam, omni meta mortis sopito, nondum annos nata 24, reddidit tranquillissima. Sic, quæ meliori fortuna erat dignissima, ab omnibus, imo & maxime sibi necessariis, ipisque imperiis, terris, titulis, honoribus, insignibus ac opibus destituta, si Christum, atque cum eodem ipsius regna obtineret retineretque, satis habuit. Vide apud Spalatinum, in Annalibus, literas, ab ipso Christiano Rege ad Lutherum, Schwinardiæ, in Morinis, humanissime atque amicissime scriptas. Accedit altera ex matronis Serenissimis, sanguine item ora regio, & Saxonibus materno genere illigata, ELISABETHA, Joachimi I. Elect. Brandenburgiæ, uxor sanctissima, sed multis, religionis causa periculis casibusque obnoxia. Patrem hæc habebat Johannem, Regem in Septentrionibus potentissimum, Matrem Christianam, Ernesti, Elect. Saxoniæ, filiam, Fratrem Christianum, Regem, Fatriamque Isabellam, de quibus mentionem paulo ante fecimus. Hæc, defuncta malis ac arumnis omnibus, nunc e vivis excesserat: ista posthac eundem campani ingressa est, in quo fidei Deo confirmata, tot factis contentionibus atque insultibus, rarissima edenda erant specimenia. Altera maritum exilio sui habebat ducem atque comitem indivulsum: altera mariti supplicia, non merita, effigitura, sponte sua profectionem miseram istam suscepit, eos felicior, quod, demum restituta, cum suis rursus vivere morarie potuit. Nupta hæc erat Elisabetha anno jam 1502. Joachimo, cui ab eloquentia nomen factum erat Nestoris,

ris, illudque in vigesimum sextum ita continuatum fuit matrimonium, ut sine  
offensione conjuges viverent, atque ex isto urriusque sexus siboles exoptatissi-  
ma procrearetur. Intervenit autem his rebus tam secundis talis calamitas, quæ  
primo suspiciones, hinc simulationes ac dissidia, tandemque iras concitarer itas,  
per quas animorum illud atque voluntatum vinculum prorsus diruptum est.  
Veluti enim ita comparata plerumque restet, ut error veritati, veritasque erro-  
ri lese opponat, alteraque pars nolit cedere, ac altera non possit: ita & Joachi-  
mus, quæ antiquiora esse sibi persuadebat, unice amplexus, in Elisabetham, par-  
tes meliores, certioraque fidei sive fundamenta & argumenta tutantem, primum  
offensio, ac deinde tam inimico esse coepit animo, ut ea, si Deo ac veritati  
obsequi, & salva esse vellent, ejusdem non posset non mandata deserere. Hic  
vero, qui in Lutherum, ac omnes, qui eundem probabant, erat accerrimus, quo-  
modo ejus pietatis, quæ in conjugi erat, estimator æquus esse poterat? Quare  
ut eam vel frangeret, vel corrigeret, omni opera, foederibus, quæ sancte olim  
facta erant, susque deque habitis, est connixus. Cognoverat ea, inscio marito,  
doctrinam pariorem, cognitamque amat: utque beneficiorum omnium, a  
Christo destinatarum, summissam obtineret, integro etiam ejusdem epulo refici  
tandem voluit, &, resecta, fructum ejus mira constancia & virtute probavit.  
Quod igitur cum Ioachimus recrivisset, tantum bilis, quantum poterat, conce-  
pit, omne illud in Elisabetham, nisi mentem mutaret suam, effusurus. Refci-  
verat vero illud, quod mireris, per filiam, Matri cognominem: quæ ipsa, Patri  
soli dedita, sed postea, mente immutata, ad viam conversa meliorem, tunc ei-  
dem invidiose criminari, idque factum, speculatrix curiosa, prodere, non dubi-  
tavit. Iste igitur, non quæ ageret, sed quomodo iræ parentaret suæ, cogitans,  
in locis ab omni hominum conspicuë remotis, matronam, ut vinceret, serenissimam custodiendam decrevit, imo *immurare* constituit. Vid. Seckend. H. L.  
L. II. §. 42. p. 122. Atque ipsa moris ingeniique non ignara mariti, hanc evita-  
re, quam subire tempestatem, latius esse cum dueceret, fugam meditata, Beroli-  
no, inseciis securisque inimicis, excessit feliciter, inque portum, sed non sine  
laboro multo & periculo, ex hieme ista, pervenit. Uno famulo, unaque vir-  
gine stipata iter hoc ingressus est, curru vecta lacero prope ac inhabili: qui et-  
iam cum dissolitus deinde hastaret, fasciam ipsa detraxisse capiti, & concer-  
pta utcunq; colligasse dicitur. Vid. l. c. Consilia fratrem Christianum, Re-  
gem Danicæ, opemque suam ad rem contulisse, non est dubium: qui et eidem in  
finibus Marchia, una cum Johanne Dolzigo, Equite & Elect. Sax. Mareschal-  
lo, adstitit, imo & exul ipse istius exilii comes fuit, omnesque praesentia sua,  
ærumnas valde imminuit. Sic proxima inde via Torgaviam itum ventumque  
est; neque tamen, quæ erat Elisabetha modestia & verecundia, eo cum venis-  
ser, nisi Avunculi veniam, impetrasset, urbem voluit ingredi. Itaque per Be-  
nedictum Pauli, Consiliarium Electoris, & Antecessorem Wittebergensem, or-  
atorem, precibus hoc submissis, ut sedem fessa, utque vita sive necessaria pra-  
beret proprius, rogavit. Ac tametsi sperare hic posset optimè, tamen hac sal-  
tem conditione id impetrare voluit, si citra incommodum & molestiam, quod  
vellet, fieri posset, alias, quocunque iter fortuna sibi aperuisset, illud initura.  
Annuit vero illis Princeps mitissimus suorumque amantissimus; inque fidem i-  
psa, quam volebat, praefentibus Johanne Friderico, Electoratus hærede, & Francisco,  
Duce Brunsvicensi, recepta, atque testa sic & munita, omnis expers disserminis,  
bene sic latuit, beneque vixit. Fuit ipsa cum hoc fortunæ sua flatore optimo  
donec in vivis erat, & cum fatum eundem Anno 1532. Swinitii, suum corri-  
peret, sola, ex tot necessariis, ipsa animam agenti præsto fuit, testis, quam pie,  
& nomine suo digne mortuus esset, verissima. Vid. Busta Sax. B. Haufenii.  
Quo facto non minus ab Filio Serenissimo, ejus Successore, bene est habita; &  
cum ipsa potissimum Lichtenburgi moraretur, haud ita Wittebergam etiam

excurrendi defult occasio, cui intenta, ut animum, qui religioni semel puriori adseverat, opibus istis instrueret magis atque exornarer divinioribus, identidem Lutherum & salutavit, & aliquando ab causam istam, ultra tres menses in domo illius se continuuit. E vivis interim, A. 1535. Joachimus ille I. excesserat, omniq[ue] Elisabetha cura exempta, commode cum filio Electore Brandenburgico esse poterat, sed cum niduli istius, tum aotoris sui studiofissima, ibidem mansat, annoque demum 1546, rebus in Saxonia quodammodo iam inclinati, ne cui molesta foret, ac se ipsam injuriis belli exponeret, antiquos lares repetit. Atque suis sibiique sic redditia, & ab omni hostium insultu secura, illud vita reliquum, quod Deus concederat O. M. preces inter & sacra religiosissime peregit, ipsaque h[ec] vana & caduca, tameci maxima esse viderentur, eo magis contempsit, quo propius ad coelestem illam vitam admota est, cui morte beatissima, A. 1555, vindicabatur. Accedit tertia, CATHARINA Megapolitana, Henrici Pii, Saxoniae Ducis, uxor piissima, qua, licer non sine tergiversatione primo ad has se partes applicuisset, rebus tamen bene gestis, nulli, cui vel laus maxima debeat, inferior fuit, aut posterior. Ista, disciplinae sanctioris caufa, perpetua sunt indigna multa; h[ec] tacitas magis ac latentes experta inimicitias, quam apertas, non tam ab omni absur calamitate, & quanta potuit, ex ipsis injuriis ac malis, bona elieuit. Talis ipsa fuit, qualem eam esse oportebat, per quam Alberti gens serenissima, quam Deus omnibus perpetuo felicitatibus ac honoribus florere jubat, sustentanda erat, ac propaganda. Et h[ec] disciplina ac rituum, quibus primis annis innutrita erat, ante fuit tenacissima, meliorisque via ignara, non sibi temperavit, quin etiam iisdem, qui eam inierant, acerbior aliquando esset ac infelior. Non obscurae hoc Johannes Fridericus, Princeps paternae virtutis & constantiae amulus, ad literas ejusdein, d. 12 May, A. 1525, manu filiae Sybillae scripas, respondens, innuit: *Nunquam sufficiens gratias agere se Deo posse, quod Ducissam ad verbum suum divinum, miranda operatione adduxisset, & ex persecutrice, ut ex Saulo Paulum, talen eam fecisset, que nunc constanter verbum Dei profiteatur.* Seckend. H.L. L. I. §. cx. pag. 181. Cum ipsis matrimonii statim initia zrummarum facta sunt, & qui in coelabato, fineque prole mansisse Henricum volebat Georgius frater, agre propemodum cerebar, spem ita sibi accisam esse, istius dictiones, contractas licer, ac in angustum valde aductas, obtinendi. Vid. B. Haenfni Vita Henrici. Nihil equidem nuptiis istis fuit solennius, nihilque magnificentius, atque ita ludicra seruis, & feria ludicris fuerunt mixta, ut Freiberga Regum esse castra instructa viderentur, inque ipsis templo foris, arce, & curia gratulantum & amice certantium & comedantium voces penitus perstrepere: sed & h[ec] deinde rerum facies multum est commutata. Georg. Spalatin. Liberis Alberti, in Oper. Mencken. p. 2145. Qui soli sufficiebant Henrico reditus, nunc, in partes diffrahendi, attenuati videbantur: cum vero & numerosior, Dei beneficio, convenisset sboles, aegerrime hanc isti familiam Serenissimam tutabantur. Quia de causa tacita primo coorta est Catharina indignatio; hinc querela, quod, in herciscundis rebus ac provinciis, Frater suisset iniquior, omnemque sibi solus, prater parvulum istam portionem, marito destinatam, terras afferuerisset. Ille contra, nescio quale, prodigalitatis probum objectabat, quod vero magis ad similitates confirmandas, quam sublevandas angustias facere poterat. Quia dum agebantur, ipsius Lutheri intervenit, de abolendis, qui adheserant religioni, navis, studium, quod aequa Catharinam, ac Georgium offendit primum, postea vero rancopere ab ista probatum est, ut nemo illi faveret magis, nemoque esset amicior. Pronis, quod ante fuerat aversata, auribus ea nunc verbum accipiebat: idque si obscurius ab monachis quibusdam, Dominico & Stephano, Beyeris, Chemnicensibus, Johanne Laurentio, & Georgio Schumannio, concepcione autico, traduceretur, insignem tamen illud in Catharina lucem accendit, quaz quidem ita latitatē haud potest.

rat,

rat, quin splendor ejus erumperet, ac aliis etiam affulgeret nitidius. Sic prima  
hic Evangelii schola in aula Henrici aperta est. Amplexa illud hera erat, perque  
eam illud ad ministras perveniebat nobiles, tamque sedebat alte, ut in his  
Draclawitia, Olsnitia, & Feilischia, demigrare ex principali malent curia,  
quam veritatem, semel, ex scriptis praecepit Lutheri, acceptam, deferere.  
Eas sibi, quas habebat fidelissimas, e finu & complexu eripi Catharina cerebat  
agerrime, quod aliorum fides erat dubia, quorundam vero aperta inimicitia,  
in quibus, quasi perpetui custodes, Wolfius Stehlinus, &, Rudolphus de Bünau  
omnes ejusdem actiones, accuratissime & observabant, & criminose infectantes,  
ad Georgium deferebant. Noverat haec ipsa, & prudenter dissimulabat,  
sed parata tamen subire potius mala & indigna omnia, quam ab his, quæ firma  
& fixa erant, ulla ratione discedere. Nec absuit ab eadem omne periculum;  
&, si quidem ipsa non directis peteretur insulibus, rectis tamen exposita infi-  
diis, per latu[m] eorum pungebatur, quos ante concionantes audiverat libenter,  
quod reliquis amotis omnibus, solus Schumannus superabat. In quo vero  
discrimine nunquam ipsa sobolis sue euram omisit, tali fidei fundamento in illa  
subfructu, quod stabile in istis moribus, ac immortu[m] esset: quæ matris etiam  
sanctissima precepta pariter & exempla conspexit semper proprius, ac imitata  
est. Nulla scilicet cura nec potior, nec utilior est, quam quæ in liberis beneedu-  
candis adhibetur; sed Catharina cum ipsius haec diffusior esset sollicitudo, eo  
magis ea distinebatur. Principes juventutis Rivo formandi dabantur, magistro  
ea in re versatissimo, quo etiam ille tunc labore fideliciter defunctus est. Augustus,  
filius natu[m] mihius, ad pacis se[re]nitate arsque opera applicuit, ante eum geniti ad pro-  
lusiones accesserunt Martias: & Severinus quidem, qui primas hic fere obtinebat,  
Oeniponte postea educatus & mortuus est: & quoniam maxima ejus erat ex-  
pectatio, cumque, propter virtutem, sibi generum Ferdinandus, Rex vicinus,  
destinaverat, ingens illius fatum, matri præcipue, vulnus inflixit. Nec Mauritius  
minus intentans eam reddidit, ad partis alterius Principes ablegatus: quod non  
temere timebat mater, ne ille, aut Alberti Moguntini lenociniis atque blanditiis,  
aut Georgii parrui persuasibus & rigore, a tramite meliore averteretur. Vid.  
Not. in Pauli Langii Chron. edit. Menk. p. 89. & Freiding. Vit. Henrici. Se-  
cundior esse poterat, quando idem in aula Electoris Johannis Friderici versabat-  
tur: cumque illa, in ipsa religionis caufa, eos, qui incumbebant, labores, Dei  
potissimum fiducia levaret: tamen, & secundum hunc, ipsis pariter Principis  
multum profuit opera, quo cum per literas non modo, sed & coram familiaribus  
collocuta, consilia semper habuit parata, ex quibus rationes istas melius, & con-  
stituere, &, cum ex voto omnia agerentur, exequi posset facilius. Aliud adju-  
mentum Antonius attulit Schenckius, Equestris Decus ordinis, & magnum  
pietas incrementum: qui indigne, in aula Georgii, habitus, ad salutem ex xli  
illo configit, Catharinamque luctanem suis rexit consiliis, atque Henricum,  
omni hastatione interrupta, ad ea, quæ bene cepera erant, continuanda, alacri-  
rem redditum. Ultimum pondus adjecit Georgii Brandenburgici auspicii di-  
vinissimis contracta affinitatis: qui cum Aemiliam, ejus filiam natu[m] maximam,  
iusto & legitimo sibi matrimonio conjunctam, domum ducturus esset, tam Ca-  
tharinæ, quam ipsis Freibergensis, illud, abituras, impetravit, ut sine meru ac  
trepidatione, non magis convivente, quam jubente Domino, sacra, ex instituto  
Christi, obirentur. Solus itaque his rebus non sufficiebat Schumannus; ne  
quid igitur desideraretur, Jacobus Schenckius, rogatu Henrici, ab Electore, Wit-  
teberga, missus est, qui auctoritate & sumptibus Catharina Doctoris Theologi  
honorablem auctus, omni tunc boni Pastoris officio functus est. Emendanda &  
ordinanda sacra erant, ac ipse adfuit: dispensanda rite erant mysteria, quod  
ipse fecit sedulo: tradenda & exponentia publice sacra erant literæ, &  
ipse ex postulauit. Qui vero cum ad alia deinde, quæ minus fieri decebat, con-  
versus

versus esset, abitu necessario urbem hanc reliquit, ipsaque Catharina, eorum, quæ recte iste fecerat memori, ut potius ille, qui dimisus erat, maneret, videtur maluisse. Seckend, H. L. L. III. §. 57. Sic igitur Freiberga, vere libera facta, gaudia sua & repetit & repetit, eaque isti Heroïna imputat liberter, quod etiam ut si sit, idem Autor perillustris L. I. §. tio. p. 181. serio monuit: *Fatendum itaque est*, inquiens, *uxori Heinrici, post Deum, maxime deberi studium purioris doctrinae, marito tandem implantatum.* Servet Deus O. M. sua hac nobis munera fincera arque illibata: mentes ita omnium convertat, ut inde modo salutem esse cognoscant, utque eius inde praesidia petant, iisque instructi serventur. Si qui nocere velint, eorum iras & consilia cohiebat, ne noceant, nos autem, tecti, Deo, Principi ac legibus obediamus, & bene pariter vivendo ac moriendo, doctrinæ nostræ sanctitatem compröbemus. Ipsum Catharinam, tot laboribus hactenus exercitam, Deus ita quieti afferuit honestissimam; vidit ipsa rem sacram penitus his terris restitutam; domesticam multi modis locupletatam, honoribusque ornatam omnibus; Filios Electorum dignitate, quæ regio par est fastigio, insignes: & si quid adversi accidisset, ita doluit, ut gratia divina, toties cognita, una recordaretur. Ipsa primo, fortunarum mariti socia, Dredæ morata est, & quandoque Freibergam excurrit: de hac ipsa, eti locum mutat, semper propria cogitavit, & si quid eam veller, subinde per literas illud monuit. Torgaviam vero postrema ætate, urbem situ amoenissimam, arce clarissimam, voro suo maxime accommodatam, sedem sibi elegit. Cupido eam aliquando incessit ipsius videnda Wittembergæ, unde lux ea venerat, per quam ipsa ducta, eo accederat, ut non opinaretur, sed pro certo haberet, te omnia divina recte sperare posse. Venit, quod Cracovius in Ephemeride annotavit, usq; vitreo curru, viditque & redit, atque haec etiam re latata est. Hic omnibus, quæ hominum sunt, curis, quasi defuncta, divina, tam largiter in se collata fidelis memoria repetit; hic mente, sola, omni perturbatione vocum, Deo dedidit soli; hic legeret, audire, meditari, ac peragere solebat, quæ ad munera illa diviniora consequenda facerent: & quo propius ad suam ipsa spem admovebatur, usq; latius & paratus Heri istius æterni ac summi, cui tamdiu servierat, iussa præstolabatur. Qui igitur, cum veller, eam, non tam morbis, quam ætate fractam, morte placidissima, evocavit, ipsamque, die VI. Junii, anni a nato Christo 1561. ætatis 83. cum beatis mentibus, nunquam interituri partem fecit gaudii, quæ, in tam sublimi gradu posita, tot, in vita diuturniore, ærumnas exhausterat. Anno nondum ante, quam ex ea excederet, hæc ipsi contingebat felicitas, ut nepotulus, Christianus, Torgæ natus, cumque eo spes omnis gentis huius Saxonum inclutissime in finum & complexum ejus veniret: in ipsa vero morte tanta sui Servatoris optimi fiducia erecta est, ut non fecus, quam lappaceum caput vesti, adhærescere ipsi vellit, & suo exemplo, idem pietatis fideique & conjunctionis in filio Serenissimo, Augusto, desiderium accenderet. Spectat hoc etiam ad alios, quibus non tam hæc, quam ea, quæ secutura, curæ cordique vita est. *Imo* & nos, his imbuti cogitationibus, iisdem solatiis, quæ instant, ac subinde cruciant, tristia, leniemus; ista vero, dum supperit, sic utemur, urne officio, quod ipsa injungit, vel senes, unquam desuffise videamur. Idcirco cum quidam juvenes nostri boni, ingenui, literatique, & per hunc annum, in cathedra, periculum qualiscumque eloquentia facturi, sibi cupiant, adsumus, atque ex Sapientum dictis porro illis differendi materiam proponimus. In hoc potius, quam in alio quodam illos campo exerceri congruum magis esse existimem; quoniam reliqua animos rerum peritiores occupant, sed morum præcepta hæc ætas percipere & posit facilius, & sane debeat.

*Ariippus*

*Ariſſippus*: Philosophiaꝝ donum est, posse cum omnibus fidenter converſari.  
*Job. Jac. Schubartus, Wegeſarbenſ.*

*Socrates*: Juvenum virtus est: nihil nimis.  
*Job. Godofr. Beckerus, Nauendorfens.*

*Antifſibenes*: Inimicorum filii delicate vivant  
*Paulus Weinboldus, Kleinbartmannsd.*

*Carneades*: Nisi Chrysippus fuisset, non ego essem.  
*Job. Godofr. Fritſchius, Mabornenſ.*

*Anacharſis*: Vitis uvas tres fert, primam voluptatis, alteram ebrietatis, tertiam  
mceroris.  
*Job. Paulus Biliz, Mittelfaidens.*

*Pyrrbon*: Perdifficile est hominem penitus exuere.  
*Gottlob Hieronymus Wegerus, Freiberg.*

*Heraclitus*: Contumeliam extingue oportet magis, quam incendium.  
*Job. Godofr. Hainius, Kängsteinenſis, bene jam suo functus  
officio, nunc dignus Academiac civis.*

*Anaxagoras*, *digitum in cælum intendens*: mihi vero, *inquit*, patriæ cura, & qui-  
dem summa.  
*Christian Gotbofr. Hofmannus, Brandens.*

*Epicurus*: Honeſte vivere optimum.  
*Job. Christian Leuschnerus, Galent.*

*Empedocles*: Agrigentini delicieſ ſequuntur ſe quotidie ſe dedunt, quaſi poſtridie  
effent morituri: domos vero ita ædificant, quaſi perpetuo victuri.  
*Job. Fridericus Clauſius, Vorbergenſ.*

*Xenocrates* hoc ſubinde *Platonis* audiebat: Xenocrates, *Gratiis* ſacra facito.  
*Job. Georgius Lutberus, Freiberg.*

*Theophrastus*: Sumtus pretioſiſſimus tempus eſt.  
*Carolus Gottlob Hauckius, Freiberg.*

*Lycon*: Ipsi ſe accuſant, qui maximo voto non corrigendam amplius paeniten-  
tiam indicant.  
*Job. Michael Lormannus, Freiberg.*

*Mimnermus*: Ad breve tempus floribus inventuris oblectamur,  
*Job. Christopher Lippmannus, Frauenſtein.*

*Cleantes*: Quod timidus sum, ideo parum pecco.  
*Job. Godofr. Wincklerus, Freiberg.*

*Pythagoras*: Ita conuerſandum, ut ne ex amicis inimicos, ſed ex inimicis amicos  
faciamus.  
*Job. Christianus Schubarthus, Nauendorf.*

*Diogene*:

Ms. 1453 Th

X.3133966

- Diogenes:** Bonus vir imago deorum.  
*Adamus Beyerus, Bertholdin.*
- Metrocles:** Nocent divitiae, nisi quis digne utatur.  
*Abrahamus Beyerus, Berthold.*
- Zeno:** Non si magnum fuerit, bonum erit, sed magnum, si bonum.  
*Job. Gottlob. Kolbe, Frauenstein,*
- Demetrius:** Juvenes oportet domi quidem parentes, in itineribus obvios, in solitudine autem se ipsos revereri.  
*Job. Raymundus Frider. Janicke, Freiberg.*
- Aristoteles:** Studiorum liberalium amarae sunt radices, fructus autem dulces.  
*Frider. Gotthelf. Aterius, Freibergens.*
- Bion:** Elatio profectus impedimentum.  
*Frider. Samuel. Schwarzenberg. Freiberg.*
- Arcesilaus:** Hoc ipsum philosophia proprium est, cuiusque rei tempus scire.  
*Carolus Frider. Zieglerus, Voigtsdorf.*
- Plato:** Praeclarum quiddam est veritas aquae durabile, verum, id persuaderet, non facile videtur.  
*David. Gottlob. Burcardus, Groshartmannsd.*
- Metrodorus:** Liberi amoreni pariunt: τέλεα πότοι.  
*Balthas. Henric. Heberus, Freiberg.*
- Posidippus:** Liberi dolores pariunt: τέλεα πότοι.  
*Job. Gotlib. Schmiedius Hilbersdorf.*
- Callimachus:** Nec prosperitas, sine virtute, potest juvare homines.  
*Godofr. Benjamin Hungerus, Freiberg.*
- Evenus:** Omne, quod ex necessitate fit, opus, molestum est.  
*Johann. Sigismundus Henrici, Oftiens.*

Seneca, Epist. IV.

Persevera, ut capisti, & quantum potes; propera: quo diutius frui emendato animo & compreso possis. Frueris quidem etiam, dum componis, etiam dum emendas: alia tamen illa voluptas est, que percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe pura & splendida.

39

Q. B. V.  
 GYNAECEVM ILLVSTRE,  
 PVRIORI, LVTHERI AETATE, DOCTRINAE  
 DEDITVM,  
 APERIT, VNAQVE  
 SVMME REVERENDVM ET MAGNIFICVM AN-  
 TISTITEM,  
 PROCERES, PATRONOS PATRESQVE  
 VTRIVSQVE ORDINIS,  
 LITERARVM SCHOLAEQVE FAV-  
 TORES,  
 O AC MERITIS VENERABILES,  
 VE STVDIO COLENDOS,  
 AD AVDIENDAS  
 A.N.C.A. cl Is Icc xxxviii, TEMPORE,  
 QVI OPTIMAE NOTAE SVNT,  
 ALIQVID LAVDE DIGNVM FA-  
 CIVNT,  
 MEMORITER RECITANDAS,  
 , AC PRECIBVS DECENTIBVS  
 ADIVNCTIS, INVITAT  
 MVEL MOLLERV, G.P.R.

FREIBERG AE,  
 CHRISTOPHORI MATTHAEI.

